UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum exemptione ab ordinaria iurisdictione

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium Declarationibus illustratus ; omnibus in judicio Civili & foro Ecclesiastico versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

54. Ordinum Equestrium parochiæ, an teneantur ad quartam Canonicam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61886

Visual Library

tacitè ſubintellexiſſe cenſetur, quatenus tranſlato placuerit: Papæ quippè intentio
ut tranſlato placeat, eique haud ita citò præjudicet. *Monach.c.generali n.16.de elect.*
6.Jo.And.c. Quod ob gratiam n.5.ubi latè, & Fran.n.3.Farin.d.Dec.475.n.21 p.1.

QVÆSTIO LIV.

Ordinum equeſtrium parochi, an teneantur Epiſcopo ad quartam Canonicam?

DE hac quarta Canonica ſcripſi aliis in locis, quibus breviter addo, Epiſcopum
habere juris adſiſtentiam percipiendi quartam Canonicam ex parochialibus
etiam contra equites Hieroſolimitanos.c.1.de Capell. *Monach.c.conquerente de offic.ord.*
Rota apud Cantuccrum dec.31.nu.5.ubi latè p.2.Hoſt.c.de decimis cum contingat n.1.verſ.
nam ſecundùm & in d.c.Conquerente n.15.Farin.Dec.477.p.1. Idque non obſtante ex-
emptionis privilegio, quod ſi requirat altiorem indaginem, manutentionem in poſ-
ſeſſoriô impedire non poteſt. *Far.d.Deciſ.477.& fusè, Dec.491.per tot p.1.* prout nec
in aliis Religioſis Parochias habentibus: ſunt enim milites hi Hieroſolymitani Reli-
gioſi viri, qui ad aliorum Religioſorum inſtar cenſentur. *Farin.Dec.487.n.8.& ſeqq.*
p.1.id quod etiam aliis in locis probavimus.

QVÆSTIO LV.

Exemptus à Juriſdictione, an etiam Exemptus à dominio cenſebitur?

NEutiquam: quia ſicuti Dominium & Juriſdictio temporalis nihil habet com-
mune cum territorio & Juriſdictione ſpirituali. *c.1.de Rel.dom.glo.cap.1.verb.*
divisis diſt.10.glo.Clem.ne Romani §.ſanè verb.Diœceſani de elect.Hoſt.cap.ſuper con.3.
de Parochiis & in c.Querimoniæ nu.2.de Jure Patr.Fel.c.cum cauſſam nu.12.verſ.2.ſuas
de probat.Guiliel.de Monte Landuno Clem.Paſtoralis n.21.de re Jud.Farin.dec.324.n.10
part.1.& ex probatione Juriſdictionis, illatio fieri non poteſt ad probationem poſſeſ-
ſionis & dominii terrarum. *Gabr.com Concl.tit.de præſumpt.Concl.9.nu.9.Cravetta*
Conſ.54.nu.9.Afflict.Dec.267.n.4.Curt.Junior.Conſ.158.nu.25.lib.2.Farinas,Dec.24.
*nu.9.part.1.*ita neque ab Exemptione à Jurisdictione illatio apta fieri poteſt ad exem-
ptionem à dominio: quia juxta vulgatam Theoriam, à ſeparatis apta illatio ad invi-
cem fieri non poteſt, *Præſes in locis legalibus loco à ſeparatis*, ſpiritualiaque cum tem-
poralibus commiſceri non debent. *cap.ad qu.de Rer.permut.Lapus alleg.129.nu.20.*
ut ſunt cauſſæ Eccleſiaſticæ, quæ omnes ſpirituales dicentur. *glo.c.1.verb: apponatur*
de Reſt.ſpol.in 6.Sap.alleg.70.no.5.de procurat. differuntque à cauſſis civilibus ſive
temporalibus, quantum anima eſt corpore pretioſior. *Lapus d.alleg.70.nu.8.qua de*
re etiam breviter ſuperiori qu.46.

QVÆSTIO LVI.

Epiſcopus an procedere poſſit adverſus Exemptos alterius conjugem retinentes?

Poſſe.